IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 143v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



et malos condempnando et ꝑplos in equitate singulis dando equa meritis

Ps 98 In quo monet ad laudem et honorem xpristi

Dominus ihus xpus et si prius humilis inter homines apparuit nunc autem post resurrectionem et ascensionem dominium et regnum sup omnem creaturam obtinuit et quasi deridens inimicos xpi dicit ꝑpli non credentes de iudeis uel de gentilibus irascantur nunc quantum velint / quia non possunt nocere ei qui sedes sup omnes angelicas ptates moueat etiam terra .x. homines quantumcumque velint quia quasi stultissimi moti sunt contra eum qui regnat sup omnes ordines angelorum

Dominus autem regnauit qui scilicet in iudea natus est magnus et excelsus est sup omnes ꝑplos

Et quoniam tu es talis Confiteantur confessione laudis nomen tuum magnum dilatatum in omni terra quoniam venerabile est uel terribile potentia / quia punit et sanctam bonitate / qua parcit vel sanctum .x. alios sanctificans et honor regis iudicium diligit .x. discretionem vult enim discrete laudari / non leui uoluntate colendus est sed fixa dilectione et totis viribus

Tu parasti hominibus vias rectas precepta tua quibus ad te dirigerentur nam docuisti in ꝑplo fideli per iacob designato iudicium quo discernerent inter bonum et malum et iusticiam ut bonum cognitum faciant et malum deuitent

Quia vero talia facit in nobis o vos fideles

Exaltate dnm deum adoratione latrie quia deus nr est et adorate humanitatem incarnati filii eius in qua